This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

G
264
200

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

G264.200

Harvard College Library

FROM THE BEQUEST OF

JAMES WALKER, D.D., LL.D.

(Class of 1814)

FORMER PRESIDENT OF HARVARD COLLEGE

"Preference being given to works in the
Intellectual and Moral Sciences."

DE

CHRISTIANORUM PSALMIS ET HYMNIS

USQUE AD AMBROSII TEMPORA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ALBERTUS THIERFELDER.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXVIII.

~~1224/2.43~~
G 264.200
HARVARD COLLEGE
FEB 26 1902
LIBRARY.
Walker fund.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

CAROLO FRIDERICO AMEIS

AVUNCULO

ET

OSCARO PAUL

PRAECEPTORIBUS MIHI BENEVOLENTISSIMIS.

PRAEFATIO.

Sunt qui dicant, inde a Christi doctrina artis musicae genus plane novum et usque ad illud tempus incognitum ab hominibus exerceri esse coeptum. Qui viri cum ipsa Christianorum cantica quae restant, tum ea quae temporum illorum scriptores de cantu sacro hic illuc scripserunt, plane ignorare videntur. Nam si paullulum canticorum monumenta scriptorumque testimonia perlustrassent, et musicam Iudaeorum et Graecorum ad cantum Christianum excolendum aliquid valuisse certe vidissent. De quibus musices Christianae primordiis etsi historici verba fecerunt, nihil tamen certi usque adhuc constat. Ac primum quidem Gerbertus scriptorum testimonia diligentissime collecta ita permiscuit, ut antiquissimorum scriptorum testimonia cum monachorum recentissimorum verbis sine ullo artis criticae delectu coniunxerit. Deinde Forkelius etsi accuratius ea quae antea collecta erant, certo quodam ordine disponens novis quibusdam adiectis primis quatuor saeculis lucem

afferre conatus est, non raro tamen in errores incidit. Quem ceteri viri docti, quo in numero vel A. W. Ambros, vir acerrimi ingenii, collocandus est, ita secuti sunt, ut quae ille proposuisset, acciperent, novi vix quidquam adderent.

Difficillimum autem esse de musica eius aetatis scribere, ex qua moduli musici non sint servati, etsi minime ignoro, conabor tamen et ipsis patrum ecclesiasticorum scriptis accuratius perlectis et canticorum monumentis considerate inspectis hanc partem historiae musicae obscurissimam paullulum ita illustrare, ut qualem fere formam Christianorum psalmi et hymni habuerint, exponam.

Cum plurimi ex iis qui iam inde ab initio Christi doctrinam professi sunt, Iudaei fuissent et in sacro Hierosolymorum templo psalmos saepe cecinissent et audivissent, primi illi Christiani quandocunque conveniebant, psalmos, quorum et verba et canendi rationem memoria retinebant, canere solebant.[1]) In epistola ad Ephesios Paulus non solum psalmos, sed etiam hymnos odasque commemorat,[2]) verbo *ὕμνοι* cantica in laudem dei composita, quae et in veteri et in novo testamento multa reperiuntur,[3]) verbis *ᾠδαὶ πνευματικαὶ* nova cantica *ἐκ τοῦ πνεύματος*, id est, a Christianis spiritu sancto impletis composita indicans.[4])

Quae tria canticorum genera non multum inter se differunt. Nam veteris et novi testamenti hymnorum eadem fere, quae psalmorum, structura est, et novae odae primo certe tempore, quo plurimi ex Christianis Iudaei fuerant, in modum psalmorum compositae sunt.

Qui **psalmorum cantus** qualis fuerit, et ex verbis ipsis psalmorum et ex scriptorum, qui temporibus illis vixerunt, testimoniis coniici potest.

Utrum verbis psalmorum hebraicis rhythmus infuerit[5]) nec ne, hic ideo supervacaneum est perscrutari, quod psalmi, ut a Graecis et Romanis Christi doctrinam professis canerentur, iam

---

1) 1. Corinth. XIV, 26: *ὅταν συνέρχησθε, ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει.*

2) Ephes. V, 19: *πληροῦσθε ἐν πνεύματι, λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς.* cf. Coloss. III, 16.

3) 2. Mos. XV. 5. Mos. XXXII. XXXIII. 1. Mos. XLIX. Iud. V. Ephes. V, 14. 1. Timoth. III, 16. Act. XVI, 25.

4) cf. F. Wolff: Ueber die Lais, Sequenzen und Leiche, p. 286.

5) cf. Saalschütz: Geschichte und Würdigung der Musik bei den Hebräern, p. 94. Form der hebr. Poesie, p. 238 squ.

inde ab initio in linguam Graecam et Latinam translati sunt. Quos psalmos in alias linguas translatos non fuisse rhythmicos Augustinus testatur in epistola CI his verbis: 'Quibus numeris consistant versus Davidici non scripsi, quia nescio. Neque enim ex hebraea lingua, quam ignoro, potuit etiam numeros interpres exprimere, ne metri necessitate ab interpretandi veritate amplius quam ratio sententiarum sinebat, digredi cogeretur.' Verba igitur ipsa psalmorum in alias linguas translatorum prosaica musicae modulationi nec rhythmum nec metrum i. e. certam musicam formam suppeditaverunt.

Neque hebraicis quidem psalmis modulos metricos, quos nos dicimus: 'geschlossene Melodieen', fuisse putandum est. Si enim psalmis hebraicis certi moduli metrici fuissent, id est, si sonorum musicorum tenor metrice in certas partes divisus fuisset, psalmorum cantus inter Christianos propagari non potuit. In linguam Graecam et Latinam psalmos statim ab initio translatos esse iam diximus. Ut autem verborum hebraicorum concentus metrici etiam in psalmis in alias linguas translatis retineri possent, psalmos ita ab interpretibus transferri oportuisset, ut idem iis syllabarum numerus esset atque psalmis hebraicis. Quae translatio non modo difficillima erat, sed etiam, cum propter metri necessitatem verba minus usitata ponerentur oportuisset, vulgus psalmos animo facile percipere non potuit. Novis autem modulis psalmos Graecos et Latinos ab apostolis ornatos esse verisimile non est.

Verum psalmi hebraici secundum verborum pronuntiationem atque *accentum* vulgarem ita libere musico quodam modo pronuntiati esse videntur, ut maior vel minor syllabarum numerus non impediret, quominus psalmi in alias linguas translati eodem fere modo canerentur. Pauli verba *λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς*[1]) et *διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς*[2]) indicare mihi videntur, psalmos musico quodam modo (*ἐν χάριτι ᾄδοντες*) ita pronuntiatos esse, ut musica ex

1) Ephes. V, 19.
2) Coloss. III, 16.

verbis suppositis pendens pronuntiationem singulorum verborum tantum solemniorem ac graviorem redderet.

Quo tempore pauci tantum homines conveniebant, neque dei cultus satis constitutus erat, ut quisque voluit, hunc vel illum psalmum canebat, quam consuetudinem a Paulo apostolo commemoratam[1]) Tertullianus, qui anno ducentesimo septuagesimo mortem obiit, etiam suo tempore observavit.[2]) Cum autem Christianorum numerus magis magisque cresceret, sancti patres dei cultum ordinare coeperunt. Sed singularum ecclesiarum episcopis suo saepe arbitrio canendi rationem instituentibus tanta eius rei varietas erat, ut unicuique fere ecclesiae alia psallendi consuetudo esset. Ex quibus psallendi generibus imprimis tria commemoranda sunt.

Primum enim psalmi ab omnibus, qui convenerant, quasi ex uno ore, deinde ita cani solebant, ut psallentes in duos tresve choros invicem canentes essent divisi; denique ab uno tantum psalmus recitabatur ceteris quasdam versuum clausulas repetentibus et breves formulas singulis psalmorum partibus intercalantibus.

Prima *in choro psallendi* consuetudo raro apud scriptores commemoratur. Cum enim temporibus illis, quibus nondum canticorum libri, quales apud nos, erant, unicuique psalmorum verba memoria retinenda essent, pauci tantum ac brevissimi psalmi ab omnibus cani solebant. Chrysostomus psalmi CXL verba paene omnes scire et per omnem aetatem perpetuo canere dicit,[3]) unde apparet, hunc psalmum unum fuisse ex paucis, qui a toto coetu canerentur. Basilius simile aliquid de alio psalmo narrat.[4])

Altera psalmorum canendorum consuetudo primum a Theo-

---

1) 1. Corinth. XIV, 26.

2) Tertull. apolog. cap. 39: ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere.

3) Chrysost. in psalmum CXL.

4) Basilius, epist. LXIII ad Necaes.: *ἡμέρας ἤδη ὑπολαμπούσης πάντες κοινῇ ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος καὶ μιᾶς καρδίας τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ψάλμον ἀναφέρουσι τῷ κυρίῳ.*

doreto commemoratur, qui Flavianum et Diodorum in ecclesia Antiochensi psallentium chorum in duas partes psalmos invicem canentes divisisse dicit.[1]) Viri illi *antiphonas* non invenerunt, sed eo optime de cantu sacro meruerunt, quod pristinam atque ingenuam psallendi rationem Davide rege apud Iudaeos usitatam[2]) in ecclesiam Christianam induxerunt. Quas antiphonas Graeci et Latini mox imitati sunt. Basilius enim (339—379) idem fere de sua ecclesia narrat.[3]) Ab Ambrosio eandem psallendi rationem in Italiam inductam esse Isidorus testatur.[4])

Tertia psallendi ratio, *cantus responsorius*, longe saepissime apud scriptores commemoratur. Iam Philo apud Eusebium[5]) Therapeutas ad Alexandriam urbem convenientes cantica quaedam responsoria cecinisse narrat. Sed, num Therapeutae Christiani fuerint, eo iam tempore, quo Eusebius historiam ecclesiasticam scripsit, incertum erat neque adhuc satis constat. Eandem vero, qua Therapeutae utebantur, canendi rationem mox apud Christianos increbescere videmus. Iam enim in canonibus et in constitutionibus apostolicis et ipse cantus responsorius[6]) et ordo psaltum lectorumque commemoratur, quorum alteros psalmos praecinere, alteros de scripturis sanctis recitare oportebat. Haud raro etiam conveniebat in una persona uterque ordo, ut Sozomenus Marcianum quen-

1) Theodoretus, hist. eccl. II, 24: *οὗτοι πρῶτοι διχῇ διελόντες τοὺς τῶν ψαλλόντων χοροὺς ἐκ παραδοχῆς ᾄδειν τὴν Δαϋιδικὴν ἐδίδαξαν μελῳδίαν. καὶ τοῦτο ἐν Ἀντιοχείᾳ πρῶτον ἀρξάμενον παντόσε διέδραμε καὶ κατέλαβε τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα.*

2) cf. Saalschütz, Geschichte und Würdigung der Musik bei den Hebräern, p. 24—30.

3) Basilius, epist. LXIII ad Necaesar.: *ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς καὶ εἰς τὴν ψαλμῳδίαν καθίστανται· καὶ νῦν μὲν διχῇ διανεμηθέντες ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις.*

4) Isidorus, de offic. eccl. cap. 8: Apud Latinos autem primus beatissimus Ambrosius antiphonas constituit Graecorum exemplum imitatus: ex hinc in cunctis occiduis regionibus earum usus increbuit. cf. August. confess. IX, c. 7.

5) Euseb. hist. eccl. II, cap. 17.

6) Constit. apost. II, cap. 57: *ἕτερός τις τοὺς Δαϋίδος ὕμνους ψαλλέτω, καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω.*

dam cantorem et lectorem divinarum scripturarum fuisse dicit.[1]) Praecinenti autem cantori vel lectori populus in versuum fine respondere solebat[2]) aut ultima versuum verba (*ἀκροστίχια* sive *ἀκροτελεύτια*) repetendo aut breves clausulas intercalando.

Qui cantus responsorius qualis fuerit, optime ex verbis Augustini cognosci potest, qui psalmum ab ipso compositum accurate descripsit. In retractationibus[3]) enim: 'Volens, inquit, etiam causam Donatistarum ad ipsius humillimi vulgi et omnino imperitorum notitiam pervenire, et eorum, quantum fieri posset per nos, inhaerere memoria, psalmum, qui eis cantaretur[4]), per latinas literas feci: sed usque ad quintam literam. Tales autem Abecedarios appellant. Tres vero ultimas omisi, sed pro iis novissimum quasi epilogum adiunxi: Hypopsalma etiam, quod responderetur, et prooemium causae, quod nihilominus cantaretur, non sunt in ordine literarum. Psalmus sic incipit:

Omnes qui gaudetis de pace,
Modo verum iudicate[5]),

quod eius hypopsalma est.'

Duos hos versiculos psalmo praepositos atque ab initio a cantore cantatos populus post unumquemque versum a cantore recitatum repetebat. Qui versiculi responsorii quo erant breviores, eo facilius memoria inhaerentes a toto coetu cani potuerunt. Quam ob rem verba: 'Kyrie eleison, Christe eleison, Alleluja, Amen' saepissime a populo hunc in modum cantata esse apud scriptores legimus. Praecipue vox '*alleluja*', iam apud Iudaeos maxime usitata quemadmodum a populo

---

1) Sozom. hist. eccl. IV, cap. 3.

2) Basil. epist. LXIII ad Necaes.: *ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι.*

3) August. retract. I, cap. 20.

4) sc. a cantore.

5) Fortasse verbo 'de' omisso duo versus quasi tetrapodiae spondaicae secundum verborum accentum pronuntiandi sunt:

Ómnes quí gaudétis páce,
Módo vérum iúdicáte.

Christiano cantata fuerit, accuratius perscrutari magni interest. Augustinus post vocem '*alleluja*' a populo cantatam iubilum fuisse narrat,[1]) unde ultimam syllabam eo iam tempore in canendo eadem fere ratione protractam esse apparet, qua in medii aevi sequentiis id factum esse constat. Nemo adhuc satis quaesivit, quaenam causa fuerit, cur ultima vocis 'alleluja' syllaba in cantu protraheretur. Sunt quidem, qui dicant, Christianos divino quodam furore impletos intimam animorum commotionem sonis illis expressisse iubilantibus.[2]) Sed talis interpretatio, quamvis, ut videtur, ab Augustino ipso iubilum fuisse post vocem 'alleluja' dicente indicata, mihi causam eius rei musicam quaerenti non sufficit. Ac mihi quidem ultima syllaba propter *legem metricam* protracta esse videtur.

Uni homini prosaicum psalmum canenti singulas verborum syllabas secundum pronuntiationem vulgarem libere pronuntiare licet; si vero duo tresve, nedum multi homines concinunt, antea inter eos convenisse oportet, per quantum temporis spatium singulae syllabae voce sustinendae sint: alioquin, si hanc syllabam brevem ille, hic longiorem pronuntiet, canentes inter se discordaturos esse apparet. Si singulae syllabae idem temporis spatium explent, facillime concinitur. Neque dubitandum est, quin etiam Christiani prosaicas formulas concinentes idem fecerint. Qui in canendo sonum vocis ita modulatur, ut singulae syllabae inter se pares sint, rhythmo utitur. Ut enim duobus pedibus ire solemus, quorum alter alterum eodem semper temporis spatio interposito sequitur, ita etiam qui syllabas inter se pares aut canit aut sonantes audit, binis paribus temporibus (Zeitgrösse, *σημεῖον*) syllabas scandit. Simplicissimus hic rhythmus duobus temporibus decurrens primo tantum tempore incipiente etiam finiri potest, ut certum finem ei impositum esse sentiamus.[3]) Vox 'alle-

1) August. enarr. in ps. 32. n. 8. cf. Hieronym. et Theodoret. in eundem psalmum.

2) cf. F. Wolff: Ueber die Lais, Sequenzen und Leiche p. 285.

3) cf. M. Hauptmann, Die Natur der Harmonik und Metrik p. 294—297.

luja' a toto coetu Christiano iam prima ecclesiae aetate cantata plerumque parti alicui psalmi a lectore pronunciati finem imponens unam partem ab altera secernebat. Quod ut fieri posset, necesse est, voci ipsi, quam rhythmo illo simplicissimo decurrere vidimus, certum finem esse impositum. Est autem vox tetrasyllaba, quam duobus illis temporibus scandentes si primae syllabae secundum naturam primum tempus imponimus, ultimae syllabae secundum tempus attribuendum est.[1]) Quem finem a lege metrica cuique homini insita abhorrere iam diximus. Ut primum tempus cum ultima syllaba congruat, licet nobis a secundo tempore verbum incipere, sed cum hoc initium naturae non conveniat, secunda syllaba, quae primum tempus habere sentiatur, voce magis extollatur oportet.[2]) Unusquisque hoc ita facere potest, ut primam syllabam non tanta voce, quanta secundam, pronunciet; sed totum temporum illorum coetum primam syllabam parva voce, magna secundam cantasse non verisimile est. Si igitur secundum naturam verbum tetrasyllabum alleluja a primo tempore incipimus, ita tantum rhythmo finis imponi potest, ut una syllaba per duo tempora personet:

1 2 1 2 1
al le lu ja —.
al le lu — ja.
al le — lu ja.

Ac nos quidem hodie in cantu sacro vocem alleluja canentes plerumque paenultimam syllabam, interdum etiam antepaenultimam protrahimus. Sed cum in lingua hebraica verbi alleluja ultima syllaba accentum habeat, et Iudaei et Christiani, qui primis saeculis vixerunt, ultimam syllabam *propter legem metricam* protraxerunt. — Cum primum ultima syllaba tantum ita protraheretur, ut idem sonus per duo tempora sonaret, postea utrique tempori alius sonus applicatus est. Qui vocis

---

1 2 1 2
1) alleluja.

2 1 2 1
2) alleluja.

flexus iubilo haud absimilis [1]) cantoribus ita placuit, ut syllabam etiam magis protraherent, sed semper eodem modo, quo antea factum est, nempe ita, ut ultimus sonus cum primo tempore congrueret:

1 2 1 2 1
alleluja —.

2 1
alleluja — — —.

2 1 2 1
alleluja — — — — —.

Qua re, prout per duo, quatuor, sex tempora ultima syllaba protracta est, minores aut maiores ortae sunt certae melismatum formae, quae, quo magis a clericis vel contorum choris in cantu adhibebantur, eo artificiosius canebantur. Theodorus (ca. 650 p. Ch. n.) laicum in ecclesia non debere recitare lectionem scribit nec alleluja dicere, sed psalmos tantum et responsoria sine alleluja [2]); unde vocem alleluja Theodori iam tempore a cantorum tantum choris propter nimiam difficultatem cantatam esse apparet. [3]) Melismatum illae formae *neumae* appellatae sunt. Quarum originem atque progressum accuratius perscrutari ideo magni mihi interfuit, quod prima in iis musices vestigia ex verborum syllabis non pendentis videmus. Cum enim apud veteres et Iudaeos et Graecos musica cum verbis ita fuisset connexa, ut in cantu singulis verborum syllabis unus sonus esset, hic primum *certas musicas formas verbis non suppositis* ex lege metrica ortas animadvertimus. Ars musica, quae apud veteres poesi quasi serva obedierat, hic primum recordari videtur, se non solum propter alias artes, sed etiam propter se ipsam hominibus esse datam. Quantum autem neumae ad cantum sacrum artificiosius excolendum attulerint, postea, cum iam pervenerimus ad aliud nostrum de Ambrosii hymnis verba faciendi propositum, demonstrare conabimur.

1) cf. August enarr. in psalm. 32, n. 8.
2) D'Achery, Spicilegium. ed. Paris. 1723. fol. tom. I. p. 488. XLIII.
3) cf. F. Wolff: Ueber die Lais p. 287.

Cum iam quomodo Christiani psalmorum cantum ex Iudaeorum rebus divinis desumptum in suis conventibus sanctis exercuerint, satis explicatum sit, disserendum nunc esse putamus, quantum **Graecorum veterum musica** ad cantum sacrum excolendum valuerit.

Cum enim Christianorum greges statim ab initio non solum ex Iudaeis, sed etiam ex multis Graecis constarent, Graeci suam a pueris auditam cultamque musicam etiam ad laudem Dei optimi maximi adhibentes et veterum Graecorum hymnos in laudem deorum compositos imitantes novos composuerunt in laudem Dei unici hymnos. Sed cum eiusmodi hymni verbis tantum a veteribus differrent, poetica autem et musica forma illis simillimi essent, ecclesiae Christianae patres usque ad tertium saeculum, quominus eiusmodi hymni canerentur, quantum potuerunt, magno cum studio prohibuerunt. Nihilominus hymnorum canendorum consuetudo ita increbuit, ut tertio iam saeculo patres eiusmodi cantica non modo non vituperarent, sed etiam ipsi componerent. *Hymni* a psalmis et canticis prosaicis in modum psalmorum compositis eo magnopere differebant, quod, cum psalmi et cantica illa prosaica[1]) rhythmo verborum metroque carerent, hymni rhythmice ac metrice compositi sunt.

In poesis Graecorum et Romanorum singulae syllabae aut corripiuntur aut producuntur, ita ut certam proportionem inter se habeant. Syllaba correpta per tempus unum (⏑), per tempora duo (–) syllaba producta personat. Talium sonorum collationem veteres pedem nuncupaverunt, qui aut ex duabus aut ex tribus aut ex quatuor syllabis constat. Quidquid certis

1) v. Daniel, thesaur. hymnolog. tom. II, p. 267.

pedibus inter se paribus provolvitur, rhythmus appellatur. Metrum appellatur: si et certis pedibus curritur et certo terminatur modo.[1]) Id metrum quod antequam claudatur, non habet certum et statutum aliquem articulum, a veteribus versus non appellatur, verum id quod duobus membris constat certa mensura et ratione coniunctis.[2])

Apud Graecos veteres singulae syllabae ita cani solebant, ut quae esset in poesi correpta, etiam in musica per unum tempus, quae esset producta, per duo tempora sonaret. Ubi unam syllabam solito magis produci oportuit, Graeci veteres signa illa, quae alibi eum qui cecinit silere iubebant, syllabae superscribere solebant.[3]) Augustinus, qui in libris sex de musica metricam scientiam grammaticam a musica nequaquam secrevit, hoc ipso indicavit, suo quoque tempore, ut apud Graecos veteres, in cantu syllabarum longitudinem congruisse cum longitudine sonorum musicorum.

Cum hymni usque ad Gregorii tempora compositi musicis signis in codicibus non sint ornati, metrica tantum hymnorum forma nos docere potest, qua fere ratione hymni a Christianis cani soliti sint. Quae *metrica hymnorum forma* qualis fuerit, nunc investigare mihi liceat.

Cum iam a prima ecclesiae aetate dogmata Christiana ab episcopis magis magisque excolerentur, fuere iam tum qui a doctrinis catholicis discreparent. Quorum imprimis Arius et Bardesanes hoc loco commemorandi sunt. Uterque enim carmina numeris adstricta fecit in modum hymnorum Graecorum, quae doctrinas novas poetice expressas continebant. Athanasius in oratione prima contra Arianos habita magnopere increpat cantiones ab Ario ad Sotadis poetae numeros compositas. Illius enim fractos effeminatosque mores Arium Thalias quoque ipsum scribendo esse imitatum et huius saltatricis saltationem suis in dominum maledictis saltando et ludendo esse

1) August. de mus. III, cap 1.
2) Ibid. cap. 2.
3) cf. Rossbach und Westphal, Griechische Metrik p. 5-8.

aemulatum. Ex Suidae lexico cognoscimus Sotadem, qui Ptolemaeo Philadelpho rege vixit, primum poetam fuisse, qui de rebus obscoenis in poematis suis egerit. Quod poematum genus a Sotade primum inventum ideoque genus sotadicum appellatum rhythmis claudis, imprimis ionicis a maiore compositum erat. Cum ad hunc modum Thalias Arii compositum esset, quod Socrates molle ac dissolutum dicendi genus esse dicit, Sotadis carminibus non absimile[1]), mirum non est, Arii poemata ab ecclesia fuisse condemnata.[2]) Condemnata autem sunt non ideo quod omnino numeris, sed quod iisdem numeris erant adstricta, quibus Sotades in obscoenis suis carminibus usus erat. Alia Arii cantica, quibus ipsis numeri erant et quorum suavibus modulis Photius multos imperitorum animos ad illius impietatem sensim abductos esse dicit[3]), ideo ab ecclesia in synoda Laodicea condemnata sunt, quod doctrinas continebant a catholicae ecclesiae dogmatis discrepantes.

Theodoretus Harmonium Bardesanis haeretici filium musica Graeca eruditum patris carmina musicis modulis ornavisse dicit, quorum suavitate multorum animos demulserit et ad exitium pertraxerit.[4]) Quae brevia cantica Sozomenus numeris adstricta non solum in conventibus sanctis, sed a viris in conviviis et dum opus facerent, a mulieribus vero inter texendum cantata esse memoriae prodit.[5]) Harmonii canticorum musicos modos etiam suo tempore apud Syros usitatos fuisse Nicephorus narrat non carminibus ipsis, sicuti ab illo essent prodita, sed sonis tantum eorum utentes.[6]) At Nicephorus medii aevi scriptor certus eius rei auctor nobis esse non potest. Neque magni interest, utrum Syri Nicephori tempore iisdem modis musicis usi sint, qui ab Harmonio excogitati erant, an aliis post Harmonii tempus compositis. Exstant enim multa

1) Socrates lib. I, cap. 9.
2) Ibid. 37.
3) Photius in compendio historiae Philostorgii, lib. II, cap. 2.
4) Theodoret. hist. eccl. IV, cap. 29.
5) Sozom. hist. eccl. VI, cap. 25.
6) Niceph. hist. eccl. IX, cap. 16.

Syriacae gentis carmina sacra ab Ephraemo composita, quae in thesauro hymnologico a Danielo edito collecta reperiuntur. [1]) Quae carmina rhythmice ac metrice composita versibus plerumque constant hexasyllabis et maximam partem in certas strophas divisa sunt, qua re eundem musicum modum repetitum esse indicatur, ut fit apud nos in cantu chorali.

Graecorum hymnorum, qui memoriae proditi sunt, vetustissimus est *hymnus Clementis Alexandrini.* Quem hymnum priusquam accuratius inspiciamus, antea nobis praemittendum est, qualem musicam in Christianorum conventibus adhibendam esse Clemens ipse voluerit. Ex iis quae doctus ille vir in libris suis diversis locis de musica scripsit, cognoscimus Graecam musicam et harmonicam et rhythmicam eo quo Clemens vixit tempore, maxime fuisse usitatam. Tria enim sonorum genera Graeca, diatonicum enharmonicum chromaticum, et nonnullos modos, ut modum Dorium, modum Phrygium, itemque rhythmos, quibus cantica fuerint adstricta, persaepe commemorat. Neque vero omnia genera neque omnes rhythmos in cantu sacro adhibenda esse Clemens censuit, sed quatenus musica Graeca Christianos uti oporteret, diversis locis edocuit. In stromatum libro sexto[2]) *Aristoxenum* quasi gravissimum scientiae musicae auctorem allegat, qui modo Dorio enharmonicum, diatonicum modo Phrygio bene convenire dixerit; ac cum eodem loco Davidem, qui hymnos in dei laudem composuerit, quasi musices exemplum laudet, et modum Dorium et Phrygium in cantu sacro adhibendum esse voluisse eum apparet. Quod autem fuerit discrimen inter tria genera, ac quales fuerint modi veterum Graecorum, hoc tempore O. Paul dilucide exposuit. [3]) Genus chromaticum, quod sensum molliat et magis cantui amatorio quam sacro conveniat, Cle-

1) Daniel, thesaur. hymnol. tom. III, p. 141—165.

2) Clemens Alex., strom. VI, cap. XI, § 88 editionis Potterianannae: *Ἔτι τῆς μουσικῆς παράδειγμα ψάλλων ὁμοῦ καὶ προφητεύων ἐκκείσθω Δαβὶδ ὑμνῶν τὸν θεὸν ἐμμελῶς. προσήκει δὲ εὖ μάλα τὸ ἐναρμόνιον γένος τῇ δωριστὶ ἁρμονίᾳ καὶ τῇ φρυγιστὶ τὸ διάτονον, ὥς φησιν Ἀριστόξενος.*

3) O. Paul, die absolute Harmonik der Griechen, cf. Fr. Bellermann, Tonleitern und Musiknoten der Griechen.

mens a cantu sacro relegari vult.[1]) Chromatici generis modulationes lubricas appellat oppositis diatonici generis modulationibus, quas sanas et severas vocans in cantum sacrum recipiendas esse dicit.[2]) Eodum cum studio, quo genus chromaticum, rhythmos quosdam miserabiles castigat.[3]) Mirum autem non est et modulationum et rhythmorum quaedam genera a Clemente esse reprehensa, cum illo quo Clemens vixit tempore, Graeca musica iam valde depravata fuerit. Sed nihilominus Clemens chromaticum tantum genus ac dissolutos rhythmos vituperans *Graecam musicam* ad cantum sacrum adhibendam esse censuit. *Instrumenta* quoque *musica*, ut lyram et citharam a Clemente in dei cultum admissa esse O. Paul contra A. W. Ambros defendit.[4]) Quibus instrumentis Christiani non tam in sacris publicis usi esse videntur, quam in *conviviis*, quae eo tempore Christi eiusque discipulorum exemplum imitantes celebrare solebant. In eodem enim paedagogi capite, quod multa quae ad musicam spectant, continere iam vidimus, Clemens etiam de eiusmodi conviviis loquitur comparatis cum iis, quae et Graeci veteres et Iudaei celebrare soliti sint.[5]) Quibus in conviviis cantica quaedam, quae *σκόλια* veteres appellaverint, cantari solita esse omnibus simul vocem tollentibus, nonnumquam etiam unoquoque in ordine suo cantici in orbem decantati (Rundgesang) versum pronunciante. Qui

1) Paedag. lib. II, cap. 4, § 44: *καταλειπτέον οὖν τὰς χρωματικὰς ἁρμονίας ταῖς ἀχρώμοις παροινίαις καὶ τῇ ἀνθοφορούσῃ καὶ ἑταιρούσῃ μουσικῇ.* cf. strom. lib. VI, cap. 11, § 88.

2) Ibid.: *καὶ γὰρ ἁρμονίας παραδεκτέον τὰς σώφρονας ἀπωτάτω ὅτι μάλιστα ἐλαύνοντας τῆς ἐρρωμένης ἡμῶν διανοίας τὰς ὑγρὰς ἁρμονίας, αἳ περὶ τὰς καμπὰς τῶν φθόγγων* (Schnörkeleien) *κακοτεχνοῦσαι εἰς θρύψιν καὶ βωμολοχίαν ἐκδιαιτῶνται.*

3) Ibid.: *μελῶν γάρ τοι κατεαγότων καὶ ῥυθμῶν γοερῶν τῆς μούσης τῆς Καρικῆς αἱ ποικίλαι φαρμακεῖαι διαφθείρουσι τοὺς τρόπους.* cf. strom. lib. VI, cap. 11, § 89.

4) Wiener Recensionen, 1865. 11. Jahrgang, p. 228.

5) Paedag. II, 4. § 44: *οὕτως καὶ παρὰ πότον καθήκει ψάλλειν αὐτῷ τοὺς αὐτοῦ μεταλαμβάνοντας κτισμάτων. — ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησι παρὰ τὰς συμποτικὰς εὐωχίας καὶ τὰς ἐπιψεκαζούσας κύλικας Ἑβραϊκῶν κατ' εἰκόνα ψαλμῶν ᾆσμα τὸ καλούμενον σκόλιον ᾔδετο.*

autem musices peritiores fuerint, etiam ad lyram cecinisse. In hunc modum si quis Christianorum ad lyram vel ad citharam canere velit, Clemens eum non obiurgat, cum etiam Iudaeorum rex eadem ratione deum laudaverit.[1]) Sed amatoria cantica a Christianorum conviviis longe relegari et hymnos tantum in laudem Dei compositos cantari iubet.

Talem hymnum aut ab ipso profectum[2]), aut tempore illo iam usitatum[3]) Clemens memoriae prodidit in fine paedagogi, ubi Christo paedagogo eruditionis laudem offerri bene convenire dixit.[4])

Omnes Clementis Alexandrini editores et ii qui hymnos Christianorum collegerunt[5]), hymnum illum anapaesticis pedibus decurrentem in metricas partes ita descripserunt, ut quatuor versus hymnum incipientes dipodiae sequerentur paucis tetrapodiis intermixtis. Istum in modum hymno dispertito Rambachius recte metricam pulchritudinem esse negat.[6]) At ego quidem hymno metrum pulcherrimum atque ad musicam modulationem aptissimum vindico. Totum enim hymnum post versum quartum in tetrapodias descripsi, primum quod in hymno nonnullae tetrapodiae sunt, quae in dipodias dividi non possint, deinde quod in lyricis Graecorum veterum carminibus tetrapodia eodem fere modo, quo in musica hodie usitata quaternorum pedum musicorum connexus, praevaluit[7]), denique quod, cum longe saepissime binae dipodiae inter se respondeant, verborum sensus tali connexui favet.[8])

---

1) Ibid.: *κἂν πρὸς κιθάραν ἐθελήσῃς ἢ λύραν ᾄδειν τε καὶ ψάλλειν μῶμος οὐκ ἔστιν, Ἑβραῖον μιμήσῃ δίκαιον βασιλέα εὐχάριστον τῷ θεῷ.*

2) Gerbertus, de cantu et mus. s. tom. I, p. 75.

3) Georgius Bullus, defens. fid. Nic. l. c.

4) Opp. Clement. edit. recogn. R. Klotz. Lips. 1831. I. p. 347 squ.

5) Daniel, thesaur. hymnol. tom. III, p. 3—4. Rambach, Anthologie christl. Ges. I, p. 35—39.

6) Rambach, Anthol. I, p. 34.

7) cf. Rossbach und Westphal, Griechische Metrik, p. 4.

8) Ferdinandus Piper, qui hymnum edidit, Gottingae 1835, hic illuc, ubi sensus flagitat, binas dipodias coniunxit. Sed tantum abest, ut versus rectius constituerit, ut metrum magis perturbaverit.

Ὕμνος τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος.

Στόμιον πώλων ἀδαῶν,	⏑⏑ –̇ – –̇ ⏑⏑ –̇	12 πόδες ἀσύνθετοι.
πτερὸν ὀρνίθων ἀπλανῶν,	⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
οἴαξ νηῶν ἀτρεκής,	– – – – ⏑⏑ –	
ποιμὴν ἀρνῶν βασιλικῶν· [1]	– – – – ⏑⏑ –	
τοὺς σοὺς ἀφελεῖς παῖδας ἄγειρον,	– ″ ⏑⏑ – – ⏑̇⏑ – –	12+2
αἰνεῖν ἁγίως, ὑμνεῖν ἀδόλως,	– – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
ἀκάκοις στόμασιν	⏑⏑ – ⏑⏑ –	
παίδων ἡγήτορα Χριστόν.	– – – – ⏑⏑ ⊔ –	
Βασιλεῦ ἁγίων, λόγε πανδαμάτωρ	⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –	16
πατρὸς ὑψίστου, σοφίας πρύτανι,	⏑⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑⏑ –	
στήριγμα πόνων αἰωνοχαρές,	– – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
βροτέας γενεᾶς σῶτερ Ἰησοῦ·	⏑⏑ ″ ⏑⏑ – – ⏑̇⏑ – –	
ποιμήν, ἀροτήρ, οἴαξ, στόμιον,	– – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	12
πτερὸν οὐράνιον παναγοῦς [2] ποίμνης,	⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –	
ἁλιεῦ μερόπων τῶν σωζομένων,	⏑⏑ – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
πελάγους κακίας ἰχθῦς ἁγνοὺς	⏑⏑ – ⏑⏑ – – – – –	8+2
κύματος ἐχθροῦ	– ⏑̇⏑ – –	
γλυκερᾷ ζωῇ δελεάζων·	⏑⏑ – – – ⏑⏑ ⊔ –	
ἡγοῦ προβάτων λογικῶν ποιμήν,	– – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –	8+2
ἅγιε ἡγοῦ [3])	⏑⏑ – – –	
βασιλεῦ παίδων ἀνεπάφων.	⏑⏑ – – – ⏑⏑ ⊔ –	

1) Ferd. Piper, p. 23, falso hunc versum paroemiacum esse dicit:

ποιμὴν ἀρνῶν βασιλἵκῶν.
– – – – ⏑⏑ ⊔ –

Si pro 'βασιλικῶν' verbum 'βασιλείων' positum esset, hic versus certe paroemiacus foret. Quod quidem verbum ego olim pro altero ponere volui, deinde autem cum iam hoc paroemiaco metricam hymni symmetriam perturbari intellexerim, versum illum tripodiam esse necesse habui. Quam ob rem pro 'βασιλικῶν' legendum esse suspicor: 'βασιλεῦ', quod verbo 'ποιμὴν' quasi attributum additum sit.

2) Prima syllaba verbi παναγοῦς hoc loco corripitur.

3) Verbum 'ἅγιε' corruptum mihi esse videtur ex 'ἁγίων', praesertim cum paullo ante, v. 9, Christus 'βασιλεῦ ἁγίων' appellatus sit. Ego verba ita coniungo: ἁγίων βασιλεῦ, ἡγοῦ παίδων ἀνεπάφων. Paenultima syllaba verbi ἀνεπάφων hoc loco producitur.

Ὁδὸς οὐρανία[1]), λόγος ἀέναος,	⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –	12
αἰὼν ἄπλετος[2]), φῶς ἀΐδιον,	– – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
ἐλέους πηγή, ῥεκτὴρ ἀρετῆς,	⏑⏑ – – – – – ⏑⏑ –	
σεμνὴ βιοτὴ θεὸν ὑμνούντων,	– – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –	16
Χριστὲ Ἰησοῦ, γάλα οὐράνιον	– ″⏑⏑ – – ⏑⏑ –̇ ⏑⏑ –	
μαστῶν γλυκερῶν νύμφης χαρίτων,	– – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
σοφίας τῆς σῆς, ἐκθλιβόμενον.	⏑⏑ – – – – – ⏑⏑ –	
Οἱ νηπίαχοι ἀταλοῖς στόμασιν	– – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –	16
ἀτιταλλόμενοι θηλῆς λογικῆς,	⏑⏑ – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
πνεύματι δροσερῷ ἐμπιπλάμενοι	– ″⏑⏑ ⏑⏑ – – –̇ ⏑⏑ –	
αἴνους ἀφελεῖς, ὕμνους ἀτρεκεῖς	– – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
βασιλεῖ Χριστῷ μισθοὺς ὁσίους	⏑⏑ – – – – – ⏑⏑ –	12
ζωῆς διδαχῆς μέλπωμεν ὁμοῦ,	– – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
μέλπωμεν ἁπλῶς παῖδα κρατερόν.	– – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	
Χορὸς εἰρήνης, οἱ χριστόγονοι,	⏑⏑ – – – – – ⏑⏑ –	8+2
λαὸς σώφρων,	– – – –	
ψάλλωμεν ὁμοῦ θεὸν εἰρήνης.	– – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –	

Clementis editores hymnum ideo in dipodias descripsisse videntur, quod nonnumquam tetrapodiae dimidia pars deest. Sed tantum abest, ut haec res me impediat, quominus hymnum in tetrapodias describam, ut accuratius in rem inquirendi causam mihi praebeat. Semper enim dipodia ultimo

1) v. 22 et 23: ὁδὸς . . . λόγος . . . αἰὼν . . cf. Joh. XIV, 6: λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. ‘Ἴχνια Χριστοῦ’, quae verba in editionibus omnibus verba ‘ὁδὸς οὐρανία’ praecedunt, mihi quidem a librario Christum ipsum se viam appellasse nesciente ad explicanda verba: ὁδὸς οὐρανία in margine apposita esse videntur. Quibus verbis non solum pulchritudo hymni poetica, sed etiam metrica corrupta est: poetica propterea, quod et in iis quae praecedunt, et in iis quae sequuntur, semper Christus ipse, nunquam aliqua eius pars, ut in his verbis, invocatur; metrica propterea, quod verbis illis particularum singularum symmetria, qua ceterae omnes hymni particulae metrice inter se respondent, id quod ego in margine pedum numeris ascriptis indicavi, plane turbatur.

2) Verba αἰὼν ἄπλετος, quae in Clementis operum editione a R. Klotzio recognita, Lips. 1831, I, p. 347, desunt, ceterae omnes editiones habent.

tantum versu excepto paroemiacum praecedit toti sententiae finem imponentem. Paroemiacus, cuius paenultima syllaba per quatuor moras (χρόνος τετράσημος ⌴) sonat[1]), in Graecorum poematis anapaesticis plerumque sententiae alicui gravem finem imponit; qui quo magis sentiatur, interdum levis dipodia anteponitur.[2]) In nostro hymno tetrapodia dipodiam illam sive basin anapaesticam praecedens sensu arte cum ea cohaeret, ita ut integra clausula constet ex duabus tetrapodiis, et acatalecta et catalectica, quas inter una dipodia intercedit:

8 + 2 { αἰνεῖν ἁγίως, ὑμνεῖν ἀδόλως, πελάγους κακίας ἰχθῦς ἁγνοὺς
ἀκάκοις στόμασιν, κύματος ἐχθροῦ
παίδων ἡγήτορα Χριστόν. γλυκερᾷ ζωῇ δελεάζων.

ἡγοῦ προβάτων λογικῶν ποιμήν, Χορὸς εἰρήνης, οἱ χριστόγονοι,
ἁγίων, ἡγοῦ, λαὸς σώφρων,
βασιλεῦ, παίδων ἀνεπάφων. ψάλλωμεν ὁμοῦ θεὸν εἰρήνης.

In ultima quidem clausula duae tetrapodiae acatalectae positae sunt. Quae res ita me non offendit, ut hoc ipso paroemiacum idem, quod tetrapodiam acatalectam, temporis spatium explere indicari putem. Nam si paroemiacus sive tetrapodia catalectica, quam vocant, ita pronuntiata fuisset: ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –, id quod etiam hodie doctissimi quidam viri dictitant, tetrapodia acatalecta duabus moris eum superans pro eo poni non potuit. Neque ipsam quidem sententiam in tetrapodiam istam catalecticam exire posse ex iis quae paullo ante de voce ‘alleluja’ diximus, elucere puto:

2 1̂ 2 1̂ 2 1̂ 2 1̂ — 1̂ 2 1̂ 2 1̂
⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⌴ – ut: allelu-ja.

2 1̂ 2 1̂ 2 1̂ 2 (1̂) — 1̂ 2 1̂ 2 (1̂)
falsum: ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ut: alleluja .

---

1) cf. Rossbach und Westphal, Griech. Metrik p. 7.

2) G. Hermann, Elem. doctr. metr. 378: Paroemiacum interdum praecedit monometer, sive, ut vocant, basis anapaestica.

Ultimus versus: *ψάλλωμεν ὁμοῦ θεὸν εἰρήνης*, etsi non est paroemiacus, tamen, quippe qui molosso finiatur, grave aliquid habet et ideo ad hymnum claudendum aptior est, quam qui anapaesto, ut ceteri versus fere omnes, finiretur. In medio carmine metrum plerumque hoc est:

⏔ –″ ⏔ – ⏔ –́ ⏖ –, aut: ⏔ –″ ⏔ – – ⏖́ – –;

in clausulis paroemiacus ponitur: ⏔ –″ ⏔ – ⏖ ⏝́ –,

pro quo in ultima clausula haec tetrapodia acatalecta reperitur:

– –″ ⏖ – ⏖ –́ – –.

Quatuor illis clausulis hymnus in quatuor partes dividitur: I, v. 1—8. II, v. 9—18. III, v. 19—21. IV, v. 22—38. Prima pars unam sententiam continet, item secunda ac tertia; quarta autem ex tribus particulis constat: *α*, v. 22—24. *β*, v. 25—28. *γ*, v. 29—38. Quarum tertia cum secundae hymni parti compar sit, a praecedentibus particulis secernenda et quasi antistropha strophae opponenda est:

I.	v. 1—8	I.	12 *πόδες ἀσύνθετοι*	
			12 + 2	
II.	v. 9—18	II.	16	IV. *γ*, 16
			12	12
			8 + 2	8 + 2.
III.	v. 19 21	III.	8 + 2	
IV. *α*,	v. 22—24	IV. *α*,	12	
β,	v. 25—28	*β*,	16	
γ,	v. 29—38.			

Duabus quae restant, particulis praecedenti clausulae adnumeratis pars efficitur secundae parti temporis spatio par, impar clausula. Secunda enim pars clausula finitur, tertia ab ea incipit:

II.	16
	12
	8 + 2
III.	8 + 2
	12
	16

Quid? Nonne forte librarius in scribendo duarum particularum '8 + 2' et '16' locum mutavit? An Clemens unam stropham maiorem componere voluit ex duabus strophis constantem, quarum particulae in ordine contraposito se sequerentur? Immo si sensu quoque duae strophae ita cohaererent, ut unam stropham communem efficere possent, artem Clementis admiraremur, qui ex duabus strophis similibus et tamen dissimilibus unam composuerit.

At quoniam versu: *βασιλεῦ παίδων ἀνεπάφων* sententia, quae ex una stropha in alteram transit, finita est, duae, quae restant, alterius strophae particulae e nexu excidentes locum tenent quasi desertum. Ac ne inter se ipsas quidem duae particulae connexum rationalem habent, cum prima, v. 25—28, nihil contineat, nisi Christi invocationes, a versu autem vicesimo nono nova sententia: 'sancta vita est eorum qui deum laudant' incipiat. Nisi forte quis verbis *σεμνὴ βιοτὴ θεὸν ὑμνούντων* Christum similiter atque iis quae praecedunt, invocari dicat: 'tu, vita sancta deum laudantium'. Etsi quidem duas particulas hunc in modum aegre coniungi posse concedo, quaero tamen, quid sibi velit invocationum cumulus, qui neque cum iis quae praecedunt, neque cum iis quae sequuntur, connexum habeat?

Refugiamus igitur ad librarium illum et particularum '8 + 2' et '16' locum mutare conemur. Ac si sensus nobis faverit, librarius mendam se commisisse certe confitebitur.

16 {
Σεμνὴ βιοτὴ θεὸν ὑμνούντων,
Χριστὲ Ἰησοῦ, γάλα οὐράνιον
μαστῶν γλυκερῶν νύμφης χαρίτων,
σοφίας τῆς σῆς, ἐκθλιβόμενον·

12 {
Ὁδὸς οὐρανία, λόγος ἀέναος,
αἰὼν ἄπλετος, φῶς ἀΐδιον
ἐλέους πηγή, ῥεκτὴρ ἀρετῆς,

8 + 2 {
Ἡγοῦ προβάτων λογικῶν ποιμήν,
ἁγίων ἡγοῦ
βασιλεῦ παίδων ἀνεπάφων.

Verba *σεμνὴ βιοτὴ θεὸν ὑμνούντων* respiciunt ad ea quae praecedunt: *ἰχθῦς ἁγνοὺς γλυκερᾷ ζωῇ δελεάζων*, 'pisces sacratos unda ex infesta *iucunda vita* inescans! *Sancta vita* (res) eorum (est), qui deum laudant (Ja! Heiliges Leben ist derer die Gott preisen, ist Eigenthum der Gottesverehrer, der Gläubigen), o Jesu Christe, nam lac aethereum dulcibus uberibus sponsae gratiarum plenae: sapientiae tuae, fusum est!'

Vita dulcis et sancta, qua Christus amicos suos ex nequitiae undis servatos donat, nutritur lacte ex uberibus Sapientiae, quasi Christi sponsae, fuso. Christus ipse deinde *Sapientiae* sponsae oppositus appellatur via, verbum, (*veritas*), vita, lux, misericordiae fons, *rector virtutis*, et rogatur, ut oves suas: *sanctos pueros intactos in viam virtutis ducat.* Qui pueri intacti, infantes (*νηπίαχοι*) in ultima stropha quasi vitae doctrinae mercedem Christo regi laudem offerunt.


Cum igitur sensus optime mihi faverit, totum hymnum hunc in modum descripsi:

Προῳδός.

Στόμιον πώλων ἀδαῶν,
πτερὸν ὀρνίθων ἀπλανῶν,
οἴαξ νηῶν ἀτρεκής,
ποιμὴν ἀρνῶν βασιλεῦ·
τοὺς σοὺς ἀφελεῖς παῖδας ἄγειρον,
αἰνεῖν ἁγίως, ὑμνεῖν ἀδόλως,
ἀκάκοις στόμασιν
παίδων ἡγήτορα Χριστόν.

6	⏑⏑ ⊥ – ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	**περίοδος δίκωλος**[1]) (Vordersatz).	μέτρον	προῳδός.
6	– – – – ⏑⏑ – – – – – ⏑⏑ –	**περίοδ. δίκ.** (Nachsatz).		
8	– ″ ⏑⏑ – – ⏑⏑ – – – – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ –	**περ. δίκ.**[2]) (Vordersatz.)	μέτρον	
4 + 2	⏑⏑ – ⏑⏑ –[3]) – – – – ⏑⏑ ⊔ –	**περ. δίκ.** (Nachsatz).		


1) *κῶλον* secundum Aristoxenum = *ποὺς σύνθετος δωδεκάσημος ἐν γένει ἰαμβικῷ* sive *διπλασίῳ*·



2) *κῶλον* = *ποὺς σύνθετος ἑκκαιδεκάσημος ἐν γένει δακτυλικῷ* sive *ἴσῳ ὁ μέγιστος*·




3) *κῶλον* = *ποὺς σύνθετος ὀκτάσημος ἐν γένει δακτυλικῷ*·




στροφή.

Βασιλεῦ ἁγίων, λόγε πανδαμάτωρ
πατρὸς ὑψίστου, σοφίας πρύτανι,
στήριγμα πόνων αἰωνοχαρές,
βροτέας γενεᾶς σῶτερ Ἰησοῦ·
ποιμήν, ἀροτήρ, οἴαξ, στόμιον,
πτερὸν οὐράνιον παναγοῦς ποίμνης,
ἁλιεῦ μερόπων τῶν σωζομένων,
πελάγους κακίας ἰχθῦς ἁγνοὺς
κύματος ἐχθροῦ
γλυκερᾷ ζωῇ δελεάζων.




ἀντιστροφή.

Σεμνὴ βιοτὴ θεὸν ὑμνούντων,
Χριστὲ Ἰησοῦ, γάλα οὐράνιον
μαστῶν γλυκερῶν νύμφης χαρίτων,
σοφίας τῆς σῆς ἐκθλιβόμενον·
ὁδὸς οὐρανία, λόγος ἀέναος,
αἰὼν ἄπλετος, φῶς ἀΐδιον,
ἐλέους πηγή, ῥεκτὴρ ἀρετῆς,
ἡγοῦ προβάτων λογικῶν ποιμήν,
ἁγίων ἡγοῦ
βασιλεῦ παίδων ἀνεπάφων.



ἐπιστροφή.

Οἱ νηπίαχοι ἀταλοῖς στόμασιν
ἀτιταλλόμενοι θηλῆς λογικῆς,
πνεύματι δροσερῷ ἐμπιπλάμενοι,
αἴνους ἀφελεῖς, ὕμνους ἀτρεκεῖς
βασιλεῖ Χριστῷ μισθοὺς ὁσίους
ζωῆς διδαχῆς μέλπωμεν ὁμοῦ,
μέλπωμεν ἁπλῶς παῖδα κρατερόν.
Χορὸς εἰρήνης, οἱ χριστόγονοι,
λαὸς σώφρων,
ψάλλωμεν ὁμοῦ θεὸν εἰρήνης.



Sed ne haec quidem hymni descriptio secundum verba tantum sensumque facta mihi sufficit. Causam enim quaero metricam, cur paroemiacum sive tetrapodiam strophae finem imponentem dipodia praecedat.


Hephaestion, ed. Teubneri p. 177 dicit: *τὸ δὲ ἀναπαιστικὸν κατὰ διποδίαν βαίνεται.* Ut autem duobus pedibus ire solemus, ita etiam anapaesticum, i. e. metrum anapaesticum generis dactylici (*μέτρον ἀναπαιστικὸν γένους δακτυλικοῦ* seu *ἴσου*) duabus dipodiis scanditur, quarum connexus alibi '*κῶλον*', apud Aristoxenum '*πούς σύνθετος ἑκκαιδεκάσημος*', vocatur:




Ut in eundo eundem pedem numquam bis ponimus, sed semper alter alterum sequitur, ita etiam dipodia altera alteram semper sequatur oportet:

1, 2, 1, 2, 1; numquam: 1, 2, 1, 1, 2.


In hymni nostri clausulis dipodia paroemiacum praecedens tempus primum (*σημεῖον πρῶτον* '1') habet, quo fit, ut paroemiacus qui sequitur, a secundo tempore incipiat, finiatur primo.



sive:



Eandem hic legem metricam reperimus, quam in voce 'alleluja' et in paroemiaco ipso nonnihil valuisse paullo ante diximus. Paroemiacus sententiae finem imponens primo tempore finitur, quod ut fieri possit, dipodia eum praecedit. Cum stropha, quae sequitur, a primo tempore incipiat, necesse est, ut per tempus secundum, quod interiacere oportet, sileatur. Quo silentio una stropha ab altera secernitur.




στροφή.




Musica igitur hymni modulatio haec est:

Προῳδός.



στροφή.



ἀντιστροφή.




et cetera.

Hymni alterius ex tempore illo servati[1]) verba ab iis, qui codices descripserunt, ita corrupta esse videntur, ut metrum hodie vix restitui possit. Itaque hymnus etiam apud Danielum[2]) certo metro caret. Conabor tamen paucis tantum verbis mutatis hymnum in metricas partes describere.

Ὕμνος ἑσπερινός.

Φῶς ἱλαρὸν δόξης ἁγίας
ἀθανάτου πατρὸς οὐρανίου, ἁγί-
ου, μάκαρος, Χριστὲ Ἰησοῦ.
Ἐλθόντες ποτὶ τὰς δυσμὰς καὶ ἰ-[3])
δόντες φῶς ἑσπερινόν,
ὑμνοῦμεν πατέρα [τε] καὶ υἱὸν
καὶ ἅγιον πνεῦμα θεόν.
Ἄξιος εἶ ἐν πᾶσιν καιροῖς[4])
ὑμνεῖσθαι φωναῖς ὁσίαις,
υἱὲ θεοῦ ζωὴν ὁ διδούς, δι' ὁ
κόσμος σε δοξάζει.[5])



1) Constitutt. apost. VIII, 36. Niceph. hist. eccl. XVIII, 51.
2) Daniel, thesaur. hymn. tom. III. p. 5.
3) Codices habent: Ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἡλίου δύσιν, ἰδόντες . . .
4) Verba ἄξιος εἶ apud Nicephorum leguntur; alibi: ἄξιόν σε.
5) De syllabis solito magis protractis et de silentii signis confer: Rossbach und Westphal, Griech. Metrik, p. 6. 7.

Musicam Graecam in Christianorum hymnis et in Syriacis et in Graecis adhibitam esse vidimus. In Italia *Ambrosius* eiusmodi hymnos canendos primus instituit circa annum tricesimum octogesimum, quam rem factam Augustinus, qui eodem tempore vixit, dilucidis verbis testatur. In confessionibus enim [1]) Ambrosium, cum Iustina imperatrix eum propter Arianorum iram persequeretur, cum amicis suis in ecclesia multas noctes pervigilasse narrans: tunc, inquit, hymni et psalmi ut canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus moeroris taedio contabesceret, institutum est. Psalmos in Orientalibus partibus et responsorie et antiphonatim, paucos etiam integros a toto coetu cantari solitos esse iam vidimus. Quorum trium psallendi generum Ambrosius cum cantum antiphonarium [2]) tum responsorium, quem et ipse et Augustinus saepe commemorant [3]), in Italiam induxit. Psalmos integros apud Ambrosium a toto coetu cantatos esse nusquam legimus. Paullo ante haereticos, Arium, Bardesanem, Harmonium, quo facilius populum ad doctrinas suas deducerent, hymnis rhythmicis usos esse demonstravimus. Hic Ambrosium quoque, qui, ne populus moeroris taedio contabesceret, veritus eum in rebus divinis magis occupari voluit, non solum ut psalmi, qui antea tantum ab uno recitati esse videntur, ex parte a populo canerentur instituentem, sed etiam hymnos rhythmicos canendos in ecclesiam inducentem videmus.

Cantus Ambrosianus, qui non solum ab illius temporis scriptoribus, sed etiam a posterioribus propter suavitatem valde laudatus est, qualis fere fuerit, hic disquirere conemur. Cum

1) August. confess. lib. IX, cap. 7.

2) Isidor. de effic. eccles. cap. 8.

3) Ambros. Hexaem. lib. III, cap. 5: responsoriis psalmorum, cantu virorum, mulierum, virginum, parvulorum consonans undarum fragor resultat. cf. Ambros. prologum in librum psalmorum. August. ibidem: Plurimi ex his qui in ecclesiam commeant, neque apostolica praecepta facile possunt neque prophetica vel liquide discere, vel, cum didicerint, retinere; psalmorum vero responsa et intra domos, interdum etiam in publico canunt.

musica signa ex illo tempore non sint servata, qualis fere fuerit ille cantus, tantum concludi potest et ex scriptorum, qui eodem tempore vixerunt, testimoniis et ex hymnorum ipsorum forma et ex cantu Gregoriano cum Ambrosiano comparato posteriorum scriptorum testimoniis adscitis.

Ac primum quidem Ambrosium et *sonorum generibus* et *modis Graecis* usum esse cognoscimus ex loco illo Augustini, quo Ambrosium, ut hymni canerentur secundum morem Orientalium partium instituisse dicit. Nam in Orientalibus partibus, et in Syria et in Graecia veterum Graecorum genera modosque usu venisse iam vidimus. In Syria Harmonius musicam Graecam edoctus hymnos composuit, in Graecia Clemens Alexandrinus in scriptis suis veterum Graecorum genera modosque saepe commemoravit. Ambrosius igitur, qui hymnos secundum mores Orientalium partium canendos curavit, etiam genera modosque Graecorum in Italiam induxit. Ut autem Clemens imprimis genus diatonicum et modum Phrygium Doriumque in cantu sacro adhibenda esse dicit, ita etiam Ambrosius non omnibus generibus modisque, sed nonnullis tantum usus esse videtur. Sed invenisse eum quatuor modos historici multi et isti qui ab illis summam historiae musices descripserunt, falso dictitant. [1])

Deinde cantui Ambrosiano *rhythmum* ac *metrum* vindico.

Canticum illud, quod falso Ambrosio ascribitur: 'Te deum laudamus', sine ullo rhythmo compositum est et ex cantico Graeco, quod incipit: *Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε*, in linguam Latinam translatum esse videtur. [2]) Quo cantico prosaico omisso de *hymnis* tantum verba faciam, quos ab Ambrosio profectos esse constat. Ambrosius ipse in sermone contra Auxentium se hymnos nonnullos composuisse dicit, quorum Augustinus tres commemorat, primum, qui incipit: Aeterne rerum conditor, in retractationum libro I, cap. 24, secundum: Iam surgit hora tertia, de nat. et grat. cap. 63,

1) cf. O. Paul, Wiener Recensionen 1865. 11. Jahrgg. p. 243.
2) cf. Daniel, thesaur. hymn. tom. II. p. 279 squ.

tertium in confessionibus IX, 12 et XII, 32, quo loco: atque, inquit, ut eram in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosii:

Deus creator omnium
Polique rector vestiens
Diem decoro lumine
Noctem soporis gratia.

Artus solutos ut quies
Reddat laboris usui
Mentesque fessas allevet
Luctusque solvat anxios.

Ex his duabus strophis, quarum utraque ex quatuor dimetris iambicis constat, Ambrosium hymnos concinnantem prosodiam grammaticam observasse cognoscimus. [1]) Quaerendum nobis est, utrum ipsa pedum dimensio musicae modulationis quoddam genus in hymnis illis canendis constituerit, nec ne. Si hanc rem non factam esse ponimus, hymni aut ita cani potuerunt, ut soni singulis verborum syllabis applicati idem temporis spatium explerent, aut ita, ut verba hymnorum secundum pronuntiationem atque accentum vulgarem, id quod in psalmis et in canticis prosaicis factum esse vidimus, musica quadam ratione pronuntiarentur. Si Ambrosius primum in modum hymnos canendos curasset, cantum planum in ecclesiam induxisset. At cum medii aevi scriptores cantum planum non ab Ambrosio, sed a Gregorio in ecclesiam inductum esse asserant, illum non fuisse planum apparet. Si Ambrosius hymnos secundum pronuntiationem verborum vulgarem, id est, prosaicum in modum pronuntiari voluisset, certe carmina metrica non composuisset, quorum multa verba poetica propter prosodiam grammaticam electa in sermone vulgari inusitata erant. [2]) Cum igitur hymnorum cantus neque planus esset,

---

1) In tribus illis hymnis, qui apud Bedam et in breviario Romano integri reperiuntur, prosodia semper observatur.

2) cf. August. retract. lib. I, cap. 20: Ideo autem non aliquo carminis genere id fieri volui, ne me necessitas metrica ad aliqua verba, quae vulgo minus sunt usitata, compelleret.

neque quasi prosaica pronuntiatio, tertium illud restat, ut verborum rhythmus metrumque et ipsa pedum dimensio musicae modulationis genus quoddam constituerit. Neque quidquam obstat, quin hanc rem factam esse putemus, verum et ex Augustini et ex medii aevi scriptorum testimoniis, itemque ex hymnorum ipsorum forma metrica re vera id factum esse cognoscimus. Denuo Augustini illud adsciscam: 'tunc ut hymni et psalmi secundum morem Orientalium partium canerentur, primum institutum est.' In Syria hymni a Bardesane et Harmonio compositi rhythmice in modum hymnorum Graecorum veterum canebantur, id est ita, ut musicae modulationis idem, qui verborum, rhythmus esset. Clemens Alexandrinus rhythmum musicum non modo saepe commemoravit, sed etiam ipse in hymno illo adhibuit. Numquid obstat, quin etiam Ambrosius, qui in hymnis concinnandis prosodiam grammaticam observavit, eadem ratione, qua hymnos et Graecos et Syriacos cantatos esse vidimus, etiam suos canendos curaverit?

Et apud Graecos et apud Latinos in versibus iambicis dimetris pro brevi primi et tertii pedis syllaba longa saepe reperitur. Versus iambicus quaternarius ex duobus metris constat, quorum utrumque a brevi syllaba incipit. Quae brevis syllaba metrum incipiens in recitando sive in canendo, quo facilius versum ex duabus partibus compositum esse aures perciperent, paullulum protrahi solebat, ideoque pro brevi syllaba protracta etiam longam syllabam paullulum correptam ponere licebat.[1])

Ambrosius quoque in versibus suis iambicis quaternariis pro brevi primi et tertii pedis syllaba persaepe longam posuit. Utrum autem arsis illa sive levatio (Auftakt)[2]) etiam

---

1) Boeckh primum vidit, hanc brevem syllabam protractam ab Aristoxeno indicari, qui inter *χρόνον πρῶτον* (⏑ = ♪) et *χρόνον δίσημον* (– = ♩) *χρόνον ἄλογον* in medio positum esse dicit (⏑̄ = ♪.)

2) De usu antiquo verborum '*ἄρσις*', levatio sive elatio et '*θέσις*' sive *βάσις*' v. A. Rossbach, Griech. Rhythmik, p. 24. 25.

apud Ambrosium protracta sit[1]), an syllabae duas versus partes incipientes, sive longae sive breves fuerint, in canendo semper per unum tempus sonuerint[2]), decerni non potest. Sed cum paucis hymnis, quos ab Ambrosio profectos esse constat[3]), exceptis in ceteris, qui falso ascribuntur Ambrosio, et in hymnis ab aliis viris qui post Ambrosium vixerunt, compositis longas syllabas persaepe ibi positas videamus, ubi secundum legem metricam brevis tantum ponatur oportet[4]), Ambrosium quoque primam syllabam primi et tertii pedis, quamvis longam, in cantu corripuisse suspicor, ita ut ipse ad negligendam prosodiam grammaticam paullulum attulerit.

Si id factum esse ponimus, Ambrosium hymnos suos in genere sesquialtero (apud nos: $^3/_2$ sive $^3/_4$ sive $^3/_8$ Takt) decantasse putandum est.[5]) Continua ea soni brevis et longi vicissitudo in hymnis illis longis decantandis certe aures non permulsisset neque Augustinum ita commovisset, ut lacrimas retinere non posset.[6]) Quam modulationis nimiam simplici-

---

1) ⏒ – ⏑ – ⏒ – ⏑ –
De us creator omni um

2) ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
Diem decoro lumine

3) Etiam quartus hymnus, quem ab Ambrosio profectum esse constat: 'Splendor paternae gloriae' prosodiam semper observat.



4) Confer hymnum, quem Cassiodorus Ambrosio ascribit (in psalmum CI):

Orabo mente Dominum,
Orabo simul spiritu,
Ne vox sola Deo canat,
Sensusque noster alibi
Ductus aberret fluctuans
Vanis praeventus casibus.

Hilarii hymnus, qui legitur una cum epistola ad Abram missa sic incipit
Lucis lārgitor splendide.

Dĕ - ūs crĕ - ā-tŏr ōmnĭ - ūm
Po - li-que rector ves-ti - ens
♪ | ♩ ♪ | ♩ ♪ | ♩ ♪ | ♩

6) August. confess. lib. IX, c. 8: voces illae influebant auribus meis, et eliquabatur veritas in cor meum, et exaestuabat inde affectus pietatis, et currebant lacrimae, et bene mihi erat cum eis. cf. c. 6.

tatem Ambrosius ita facillime evitare potuit, ut item, ac poetae pro una syllaba longa duas breves ponunt, pro uno sono longo duos breves non quidem semper, sed hic et illuc poneret. Quo fit, ut uni syllabae duo soni applicentur. Paullo ante in ultima syllaba verbi alleluja primum duos, deinde plures sonos cantatos esse, eamque formam melismaticam ex lege metrica ortam *neumam* appellatam esse vidimus. Primas eiusmodi neumas simplicissimo rhythmo spondaico decurrere demonstravimus:  . Possunt etiam alio rhythmo decurrere, ut dactylico: , sive trochaico:  ut Guido Aretinus dicit. Idem enim neumas pedibus simillimas esse dicens *cantum Ambrosianum ex neumis compositum esse* memoriae prodit. [1])

Guido Aretinus (ca. 1050) Ambrosii cantum hic allegans, qualis ille cantus fuerit, certe non ignoravit. Quem si tantum ex fama et auditione compertum habuisset, in eodem capite non dixisset: 'sicut apud Ambrosium curiosus invenire poterit'. Cantus Ambrosiani monumenta viva, modos dico musicos,


---

1) Guido Aretin. cap. 15 apud Gerbertum, de cant. et mus. sacr. tom. I. p. 253. Sunt quasi prosaici cantus, in quibus non est curae, si aliae maiores aliae minores partes et distinctiones per loca sine discretione inveniantur more prosarum. Metricos autem cantus dico: quia saepe ita canimus, ut quasi versus pedibus scandere videamur, sicut fit, cum ipsamet canimus. In quibus cavendum est, ne superfluae continuanter neumae dissyllabae sine admixtione trisyllabarum ac tetrasyllabarum ponantur. Sicut lyrici poetae nunc hos nunc illos adiunxere pedes, ita et qui cantum faciunt, rationabiliter discretas, id est, diversas componunt neumas. Rationabilis enim discretio est, si ita fit neumarum et distinctionum moderata varietas: ut tamen neumae neumis et distinctiones distinctionibus quadam semper similitudine sibi consonanter respondeant, id est, sit similitudo dissimilis more perdulcis Ambrosii. Non autem parva similitudo est metris et cantibus: cum et neumae loco sint pedum, et distinctiones loco versuum, utpote ista neuma dactylico, illa vero spondaico, illa iambico metro decurret, et distinctionem tetrametram nunc pentametram alias quasi hexametram cernes.

usque ad illud, quo Guido.Aretinus vixit tempus, servata esse videntur, quae Guido. aut audivit aut scripta vidit.

Medii aevi sequentiae et antiphonae aut prosaicae erant aut metricae. In canticis prosaicis neumae et distinctiones ex pluribus neumis constantes inter se impares erant. Quibus canticis prosaicis Guido cantus metricos opponit, praecipue Ambrosianos, in quibus neumae neumis et distinctiones distinctionibus quadam semper similitudine sibi consonanter respondere, id est, idem semper temporis spatium explere dicit. Cum autem unaquaeque neuma duos tres quatuor plures sonos continere posset, neumae, quamvis temporis spatio omnes inter se pares, tamen etiam dissimiles erant. Talis erat similitudo dissimilis perdulcis Ambrosii. Ambrosianorum hymnorum singuli pedes iambici ex una longa et brevi syllaba constant. Si syllabae longae longus, brevi brevis sonus applicatur, neuma dissyllaba, si longae syllabae duo breves applicantur, neuma trisyllaba canitur.

De - us cre - a - tor om - ni - um.



Brevi syllabae eodem modo duo breviores et longae tres sive quatuor soni applicari possunt, ita ut maxima varietas neumarum per idem temporis spatium sonantium exoriatur.

De - us cre - a - tor om - ni - um.



Hinc *cantum figuratum*, qui posteriore tempore magis magisque excolebatur, deducendum esse neminem fugerit.

Cum paullo ante Ambrosii hymnos rhythmice, id est, ita ut ipsa pedum dimensio modulationis musicae certum genus constituerit, decantatos esse demonstratum sit, hic modulationem musicam, quamvis in pedes metricos divisam, tamen, cum uni syllabae plures soni applicari possint, prosodiae grammaticae vinculis, quibus usque ad id tempus adstricta erat, iam abiectis liberiore quadam ratione aures permulcentem videmus. Propter hunc cantum figuratum Guido

perdulcem appellat Ambrosium, eundem audiens Augustinus lacrimas retinere non potest.

Versus iambici quaternarii distinctiones musicas efficiunt ex quaternis neumis constantes. Ac cum quaterni versus unam stropham forment, neque usquam in hymnis eadem sententia ex una stropha in eam, quae sequitur, transeat, eadem musica modulatio ex quatuor distinctionibus constans in singulis hymni strophis repetita esse videtur. Breves eiusmodi modulationes cantorum memoriae propter metricam concinnitatem facile imprimi poterant. Nec mirum est, cantum Ambrosianum usque ad Guidonis Aretini tempora hic et illuc fuisse servatum, in quo metrica concinnitas cum suavi sonorum varietate fuerit connexa. Sed quaeri potest, quae fuerit causa, cur ecclesia non cantum Ambrosianum, verum Gregorianum post illum exortum amplexa sit. Multi ex iis qui musices historiam scripserunt[1]), quamquam certi aliquid de cantu Ambrosiano dicere non possunt, nimis simplicem eum esse volunt. Contra ego quidem cantum Ambrosianum mel tricum ac figuratum artificiosiorem esse contendo, quam quem vulgus facile canere potuerit. Gregorii vero cantus planus simplicior erat, et cum omnes soni inter se pares essent, facilius a toto coetu concini potuit.

Sed non periit Ambrosii canendi ratio. Quamquam enim Carolus magnus, qui unum dei cultum eundemque cantum omnibus ecclesiis Occidentalibus esse voluit, cantum Ambrosianum maximo cum studio e medio tollere tentavit[2]), non solum monumenta cantus Ambrosiani usque ad Guidonis Aretini tempus servata sunt, sed etiam cantus figuratus ex illo deductus in medio aevo magis magisque excolebatur.[3])

---

1) Forkel et alii.

2) Vitae eius scriptor (apud Bolland. 28. Januarii n. 26): Mediolanum, inquit, profectus omnes libros Ambrosiano titulo sigillatos, quos vel dono, vel pretio, vel vi habere potuit, alios combussit, alios trans montes quasi in exilium misit.

3) cf. Schubiger, Sängerschule St. Gallens.